



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. V. De Reservatione benef. Curalium, dum Curia transfertur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

statuitur, illa adepta fuerint, secus enim de beneficiis postea obtentis, ut decidit Rota decis. 131. incip. Benef. Collectorum in No. & Bellicin. d. tract. de Charit. subsid. quest. 119. in fi. & Simonetta de Reservat. quest. 32. Non tamen requiritur exercitium officii Collectoris, vel Subcollectoris, ut ejus beneficia sint reservata Felii in cap. In nostra de Rescript. col. 21. Flam. Paris. de res. sign. benef. lib. 2. quest. 16. num. 26. d. cens. communem, Zerola in Praxi Episcopali part. 1. verbo Beneficia §. 2. Fallen. 8. & 2. part. verbo exempti §. 6. Simonetta quest. 33. qui dicunt solam deputationem sufficere etiã absq; acceptatione & exco-  
 cicio: atq; ita fuit resolutum in causa Urgulen. Canonicius 7. Masi 1593. coram Cardinali Blanchetto, cujus decisionem profert Nicol. Garcia tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 6. num. 346. & 347. ubi ampliat dictam doctrinam, ut huius deputatio sufficiat, etiã antequam suam potestatem videat vel recipiat per not. Rota decis. 12. de prebend. in No. Mandos. his quest. 4. An. de Falcon. de Reserv. 3. quest. Pricat. num. 16. licet aliud dicendum sit in familiaritate: quia illa consensu utriusq; partis tantum contrahitur, sicut societas, Simonetta d. 9. 33.

### IN REGULAM V. ARGUMENTA.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Hæc Reg. ampliat cap. præsentis de Præbend. in 6. nimirum, ut non solum vacant beneficia Curialis intra duas dietas morientis, sed etiã ultrã, si sequendo Curiam moriatur.</p> <p>2. Quid si Curia non mutatur, sed tempore pestis vel solatii causa proficiatur ultrã duas dietas.</p> <p>3. Curia Romana ibi dicitur, ubi Papa.</p> <p>4. Curialium appellatione veniunt etiã Cardinales.</p> <p>5. Cardinales magis sunt familiares Papæ quàm alii, non tamen quod ad reservationes beneficiorũ, nisi sint continui commensales Papæ juxta reg. 3.</p> <p>6. beneficia Cardinalium Curiam hõc est Papam sequentiũ sub hac</p> | <p>Reg. comprehenduntur.</p> <p>7. Beneficia Cardinalium sunt reservata Papæ per Extravag. ad regimen.</p> <p>8. Beneficia familiarium Cardinalium sub hac Reg. comprehenduntur, familiarium tamen convictorum &amp; n. 9.</p> <p>10. Quod verum de beneficiis acceptatis.</p> <p>11. Benef. non dicitur collarum ablati ante illius acceptationem.</p> <p>12. Quando dicatur acceptatum beneficium.</p> <p>13. Acceptatio debet fieri vel ipsi vel per procuratorem ad speciale mandatum habentem.</p> <p>14. Tacita beneficii acceptatio quod.</p> <p>15. Curia Rom. quando transferretur.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

## REGVLA INNOCENTII V.

RESERVATIO BENEFICIORVM CVRIALIVM  
DUM CURIA TRANSFERTUR.

Item reservavit omnia & singula beneficia Ecelesiastica quorumcumque Curialium, quos, dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo, decedere contigerit, & quovis loco quantumcumq; etiam a dicta Curia remoto.

## GLOSSEMA ALPHONSI.

In ista Regula reservat Papa omnia beneficia quorumcumq; Curialium decedentium ubicumq; sequendo Curiam. Ista Regula etiam continetur in Extravag. ad Regimen. & venit ad extensionem c. presentis de prabend. lib. 6. ubi dicitur quod beneficia dicuntur vacare in Curia, cum vacant infra duas dietas à Curia &c. tamen hic dicitur quod ubicumq; moriatur Curialis, etiam ultra duas Dietas, consentur ejus beneficia reservata, si sequendo Curiam moriatur &c. Ex quo sequitur quod si curia Romana non mutatur, sed tempore pestis, vel alias curialis vadit ad statium ultra duas Dietas, & ibi moriatur, quod ejus beneficia non sunt reservata. Nam non est recedendum à verbis hujus regula arg. l. non aliter & l. ille aut ille ff. de legar. iii. maxime, quia quod non mutatur, quare stare prohibetur. l. precipimus C. de app. cum similibus. Et ex hoc consului, quod si curialis recedens ab ipse in via mortuus fuit ultra duas dietas, quod ejus beneficia poterant acceptari vigore expectativa, arg. hujus regulae juncto cap. presentis de prabend. lib. 6. & in hoc casu crederem quod curia dicatur ubi est Papa, & non ubi est audientia Rota, & contradictarum, quia cle. intelligitur tantum de electione Pontificis, lib. 1. ubi dicitur de curia transferendo &c. tamen arbitror Rotam sic pronunciasse quia Pius nam ipse Pius recessit in estate ad balnea & audientia mansit in Urbe & curiales eum sequentes Papam moriebantur ibi, vel infra dietam tamen visum suis gratias expectativas non habere ibi locum, secundum regulam istam, qua egeret tamen declaratione, meo sensu.

Item in quantum textus dicit, de quibuscumque curialibus, sequitur etiam quod intelligatur de cardinalibus: nam curiales sunt, quia curia dicitur à cura: & illi principaliter dici debent per quorum curam & consilia Respublica expeditur: rales

tales ergo sunt Cardinales: ergo, &c. verba sunt Oldradi in Consil. c. cxi. incipit, ad propositum fratrum Sancti Antonii, versi: circa secundam: si dicatur quod beneficia Cardinalium sint reservata, quia sunt familiares ut ait Oldrad. consil. xlviii. quod incipit, Jus commune, ubi dicit quod Curiales magis sunt familiares Papa, quam alii, tamen quod ad reservationem beneficiorum, non est verum: quia Regula tertia supra, non dicit de familiaribus communis Commensalibus. Sed Cardinales non sunt tales, ergo, &c. Et idem in quod in Beneficiis Cardinalium habet locum ista Regula, si sequuntur Papam, capiendum curiam hic, ut dixi, pro loco ubi est Papa, & per hoc verbum quodcumque hic positum quod est universale, ergo etiam Cardinales comprehenduntur arg. c. solita. de major. & obedien. & de hoc latius dico in xvii. quod Cardin. ubi dico istam questionem an Regula Cancellaria comprehendat Curiales: Sed de hoc etiam clare disponit extravagans Ad Regimen: qua reservata beneficia Cardinalium etiam ubicumque decedentium & quorumcumque officialium de Apostolica.

### COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIER

**A** DE Cardinalibus ) Non solum Cardinalium beneficia per hanc Regula & per extravag. ad Regimen sunt reservata dum scilicet Curia vacat fertur: verum etiam illorum familiarium, Oldrad. Consil. 211. num. 6. quod qui proprie sunt Curiales, licet magis eos à Cura, quam à Curia appropinquaverim juxta illud:

*Si Curiam cures, dabis tibi Curia curas.*

*Vivit securè, cui non est Curia cura.*

Nec tantum beneficia, quæ tempore Cardinalatus dignitatis, vel familiaritatis adeptæ sunt: sed etiam quæ ante, cum qualitas ipsa beneficii, per mutationem immutetur. *Aut. Faber lib. 1. definit. Forensium tit. 2. de hinc.* Adverte tamen, ut familiares Cardinalium comprehendantur sub ista Regula, requiri ut sint verè & proprie familiares, hoc est qui sine intertubernio Cardinalium *cap. fin. ubi DD. & presertim Dominie. de ver. sig. & ass. Germonius tract. de Indulcis §. Præterquam num. 2. & seq.* non capiuntur officii & honoris tantum causa illos sectentur: cum isti proprie capiuntur familiares, licet quadantenus dicantur Curiales. De illis tamen qui verè & proprie sunt familiares, hætenus capienda Regula, ut decedent eorum beneficia sint reservata, si illa acceptarint: nam de non acceptatis Regula hæc non obtinet: cum beneficium non dicatur collatum alteri

ante illius acceptationem, seu ratificationem cap. si tibi absent, ibi, ut tuum in  
curialiter non acquiras de prabend. in 6. & ibi Franciscus. Ant. Faber d. lib. 1. desinit.

19. Declaratur autem hac acceptatio expressè & tacitè, ut latè apud Man-  
dolum in Reg. 32. quest. 27. num. 3. & Hieronym. Gonzalez ad Regul. 8. gloss. 12  
77. num. 23. & seqq. Sed illis omisiss, dicitur expressè fieri acceptatio, quan-  
do is cui facta est collatio illam certò acceptat, vel per seipsum, suamque  
propriam declarationem, vel per suum procuratorem ad id speciale man-  
datum habentem. Requiritur enim hoc casu DD. mandatum speciale ad 13  
acceptandum, propter onus & gravitatem negotii, quo contrahitur ma-  
rimonium spirituale inter beneficiatum, & Ecclesiam, ad instar matri-  
monii carnalis, in quo opus est speciali mandato cap. ult. de Procur. Conar-  
v. resol. lib. 3. cap. 16. Tacitè verò declaratur beneficii acceptatio, si be- 14  
nificiatus post obtentam canonicam collationem, inceperit beneficium  
administrare, illius bona elocare contra possessores honorum agere, sic  
enim censetur satis suum animum & consensum manifestare, & collatum  
beneficium amplecti, Tiraquei. in tract. de jure consil. poss. limit. 30. num. 11. &  
seqq.

Pro loco ubi est Papa ) Curiam Romanam hic nonnulli accipiunt pro  
loco ubi est Papa ut hic nosser, & cum illo Sarnen. ad regul. de Trienniali quest. 17.  
res. Sed antequam Ribuff. in Concord. forma Mand. Apost. verbo Extra Romanam 15  
Curiam, alii verò Curiam ibi esse dicunt, ubi est caussarum & litterarum  
Apost. audientia licet ibi non sit Papa Sarnen. in reg. de Verisimili questione 7.  
Clem. de Romani §. sanè de Electio. ibi Bonifac. & Card. Verum Nicol. Gar-  
cia. tract. de benef. part. 5. cap. 5. §. 7. postposita istorum opinione dicit in  
terminis hujus Reg. tunc dici transferri Curiam cum Papa vadit cum Can-  
cellaria & tribunalibus suis ad aliquem locum: Nam quando Papa tantum  
aliquò vadit, non dicitur transferri Curia, sed Papam ire ad talem locum  
sicut quando Clemens v. tra. petiit Ferrarium, & sic beneficia illorum qui  
Papam sequentes ultra duas Dioceses decederent non essent reservata inquit  
Guz. per hanc regul.

EGLIA  
ARIVM  
VTARUM  
GVLAS  
LARIUS  
OLICE  
ET DE MARE P...  
III  
3

IN REGVLAM VI. ARGVMENTA.

- |                                                                                                  |                                                                                                       |         |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------|
| 1. Beneficia Officialium Papæ etiam<br>caussa honoris, an censentur Pa-<br>pæ reservata? & n. 4. | 2. Capellanus Papæ est exemptus ab<br>Ordinario etiam si actu non exer-<br>ceat officium suum.<br>H 3 | 3. Cubi |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------|